

sancte Marie de<sup>a</sup> Podio Valencie ducentas duplas. Item operi ecclesie sancte Marie<sup>a</sup> de Sales centum duplas. Item operi ecclesie sancte Marie de Montserrat centum duplas, volentes quod predicta legata convertantur in operibus dictarum ecclesiarum in quibus opus sit<sup>b</sup>. In ecclesiis vero ex predictis in quibus opus non sit<sup>b</sup>, convertantur legata in elemosinam ipsarum ecclesiarum.

§ 4. Item dimittimus ecclesiis que<sup>bb</sup> sunt in Gerunda in totum vel in partem<sup>c</sup> dirute ducentas duplas, ita quod inter ipsas ecclesias que indigent refectione dicte duple dividantur, secundum quod quelibet dictarum ecclesiarum in diruione magis dampnificata apparebit.

§ 5. Item volumus et mandamus quod illi anuli, qui sunt decem in coffris nostris et fuerunt episcopi de Jahen, restituantur episcopo de Jahen.

§ 6. Item dimittimus Dominico de Osca portario nostro duo mill(ia)<sup>d</sup> sol(i-dorum)<sup>e</sup> Barchin(onensium)<sup>f</sup> pro quibus solvendis mandavimus fieri sibi cartam et quod redeat ad domum suam.

§ 7. Item dimittimus P(etr)o Garçesii Dar(r?)os<sup>ff</sup> scutifero nostro domos et hereditatem nostram de Camarena que fuerunt filiorum Egidii Sancii<sup>g</sup>.

§ 8. Item supplicamus et clamamus mercedem infanti Alfonso karissimo primogenito nostro, quod pro anima nostra faciat elemosinas et pro iniuriis oblitis eroget in ea quantitate qua sibi visum fuerit faciendum. Et dimittimus familiam nostram<sup>h</sup> in posse karissimi primogeniti nostri infantis Alfonsi predicti, et clamamus sibi mercedem ac eum rogamus ut bonum faciat eis et det unicuique<sup>i</sup> ex eis prout sibi videbitur.

§ 9. Item clamamus mercedem karissimo filio nostro infanti Iacobo et ipsum rogamus ut pro anima nostra faciat elemosinas et pro<sup>j</sup> iniuriis oblitis eroget in ea quantitate qua sibi videbitur; et familie nostre similiter bonum faciat et mercedem.

Testes sunt: magister Arnaldus de Villanova, Petrus Garçesii Darroz. Garçia<sup>k</sup> Lopiz<sup>l</sup> Dansano<sup>m</sup>, Dominicus de Oscha et Iohannes de Bernuz.

Sig † num<sup>n</sup> Raimundi Escorna predicti domini regis scriptoris et notarii publici qui hec<sup>o</sup> scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

a) de Podio — Marie über der Zeile nachgetragen (Augensprung!) Ar

b) fit C

bb) qui A

c) parte Ar

d) mille S

e) solidos S

f) barchinone C, barchinonenses S

ff) Darroz ArCS

g) Sancii CS

h) nostram über der Zeile nachgetragen Ar

i) uni unicuique S

j) quod C

k) Garçias Ar

l) Luppi Ar

m) Dausano S

n) Signum — prefixis fehlt Ar

o) hoc S